UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate// librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XXVIII De poenarum distantia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

Visual Library

plus æſtuat atq; alius minus. Ita illic in vno igne nō vnus eſt modus incendij, quod hic diuerſitas corporū, hoc illic agit diuerſitas pctōrum, vt ignem non diſſimilem habeant, & tamen eoſdem ſingulos diſſimiliter exurat.

De pœnaꝝ diſtantia. Cap. XXVIII.

MItiſſima ſane omniū eoꝝ erit pœnea, qui p̄ter peccatū quod originale traxerūt, nullū inſuper addiderunt. Tāto aūt ibi quiſq; tolerabiliorē habebit damnationē, quanto hic minorem habuit iniquitatē. Remanentibus itaq; angelis & hominibus reprobis in æterna pœna, tunç ſancti ſcient plenius, quid boni eis cōtulerit gratia, tunc rebus ipſis euidentius apparebit, quod in Pſalmo ſcri- Pſal. 100.
ptū eſt: Miſericordiā & iudicium cantabo tibi domine. Quia niſi per indebitā miſericordiam nemo liberabitur, & niſi per debitū iudiciū nemo dānabitur.

Quare dicatur ignis inextinguibilis. Caput XXIX.

IGnis em̄ hic qui in præſenti vita eſt cōſumit cūcta quæ recipit. Perpetuus ille ignis quos ſuſceperit Chryſo.
ſemper cruciat, & pœnæ ſuæ ſemper integros ſeruat. Propterea enim inextinguibilis dicitur, non ſolum quia ipſe nō extinguitur, ſed quia nec eos quos ſuſceperit extinguit, nec perimit. Scriptura etem̄ di- 1. Cor. 15.
dicit, quia & peccatores induant corruptionē, Scilicet non ad honorem vitæ, ſed ad diuturnitatē ſuplicij profuturā. Huius aūt pœnæ vim & ignis illius po